



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Coriarii urbium ambitu exclusi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

LIBER PRIMUS. 41

Simonis domus *juxta mare* fuit. Animadvertit vir doctissimus Benedictus Balduinus, coriarios, quod morticina tractarent, ab urbibus fuisse submotos, adeoque domum Simonis coriarii urbis ambitu exclusam, cum diserte dicatur fuisse *juxta mare*. Ita sane est, detracta cæsis animalibus coria concinnare & polire apud veteres semper turpe fuit habitum, unde tales urbium domicilio carere voluerunt. Docet locus Artemidori, quem vir doctissimus observavit: Τὸ δὲ βυρσοδέψειν πᾶσι πανηρόν. νεκρῶν γὰρ ἀπὸ τῶν σωμάτων ὁ βυρσοδέψης. Καὶ τῆς πόλεως ἀπὸ κίστες Coriariam exercere omnibus malum. Mortua enim tractat corpora coriarius. Quare & ab urbe secluditur. Idem factum inter Hebræos veteres mihi fit verisimile, cum morticina attingere lege fuerit cautum. Unde & istos homines, quibus sæpe incumbit pelles detrahere morticiniis, ut immundos fere semper, suo consortio excluderunt. Quare & Simonis domus *juxta mare* fuit, h. e. in ea parte urbis, qua mari alluitur. Adeo ut quidem Joppæ habitaverit, sed urbe exclusus *juxta mare*. CA-

Bald. de
Calc. Ant.
cap. 2.

Artemid.
lib. 2.
cap. 53.